



quia multa erga religionem xpianitatis apud pagenses uros ge-
runtur in quantum recordare potuimus in his capitulis commemo-
rauimus. modo quia dno dō auxiliante & dno nro imperatoris li-
centia presentē me ostendo ad omnia emendanda & in his causis
quae in p̄fatis capitulis uel denuntiantur & in ceteris in quibus uite
me p̄ferunt. **ITEM ALIACAPLA SACERDOTIBVS**

I De ordine baptisterii qualiter unusquisq. p̄br̄ sit & intellegit uel
qualiter primo in fons ex circuminus efficitur. & quid sit circumi-
nus deinde per ordinem omnia quae aquiruntur. id est cur exsufflatur
& cur exorcizatur. quare circuminus acceptus sit & cur tanguntur
nares pectus oleo unguitur. cur scapale signentur. quare pectus &
scapale liniantur & de abrenuntiatione satanae & omnibus ope-
ribus eius atq. pompis & quid sit abrenuntiatione & quae opera dia-
buli atq. pompae de incredulitate uero quomodo credendum sit in
d̄m patrem omnipotentem & in ihm xpm filium eius unicum d̄m
natū & passum. & in sp̄m sc̄m sc̄m ecclesiam catholicam. & cetera
quae secuntur. cur albis induitur uestimentis & cur sacro christi in te
capite p̄ungitur & mystico tegitur uelamine. & cur corpore &
sanguine d̄ni confirmatur.

II Eadem catholicam sc̄i athanasii & cetera quaecumq. de fide symbo-
lum etiam apostolicum orationem dominicam ad intelle-
gendum pleniter cum expositione.

III De ordine missae & oratione quibus oblatio sacrificia con-
secruntur. & quid dicitur missa & quid dicitur oratio

iiii Apostolum p̄ quid legitur & lectiones p̄phetae quomodo unus-
quisque p̄br̄ intellegit. Interpretatur.

v Introitū responsorium p̄ quid dicitur. atq. cur cantatur & quid in

vi Euangeliū cur legitur & quid interpretatur. & quomodo unusquisq. p̄br̄ intellegit.

vii Offeratoriū cur nominatur. & p̄ quid canitur tempore sacrificii.